ē. thomo iniustus ē. Quomodo
hę appellant̄ ꝓpositiones argum̄
torū. Hę enī s̄ simplices. & appel
lant̄ cathegoricę. id ē. p̄dicatiuę.
Unde dicunt̄ p̄dicatiuę. Quia
homo substantia ē. iustitia. accidens
& p̄dicat̄ de homine. Quid ē.
int̄ hominē & iustū. nonne s̄ duo
nomina. Sunt enī duo nomina
& duo t̄mini. & t̄min⁹ maior. det̄
mino minore p̄dicat̄. Quomodo.
Iustitia enī de homine p̄dicat̄. &
homo ē minor t̄minus. Non enī
de solo homine sed de dō & angl̄is

iustitia p̄dicat̄. & ideo maior t̄min⁹
ē iustitia quā homo. quia latius
uadit & homo subiect⁹ ē iustitiae.
& minor t̄minus subiect⁹ dicit̄.
Maior quę latius uadit p̄dicatius
t̄min⁹ dr̄. Mirū mihi ē quomodo
accidens maior sit quā substantia.
Quid enī candela t̄ lux quę de
candela emicat maior t̄ melior.
Utiq; lux. Nonne lux accidens
ē candelę. & candela substantia ē.
Est. Ita gnosco in eo accidens posse
ēē substantie melius t̄ maius. sed
sequere cetera. Sunt enī alię ꝓpo
sitiones argum̄torū ypothetice.
id ē. conditionales. Quomodo
c̄ditionales. Quib. c̄ditio aliqua
subponit̄. & s̄ duplices hoc modo.
ut om̄is homo si bon⁹ ē iust⁹ e. ita

tandē iustus ē homo si bonitatē
habet. Item cęlū si rotundū ē uolu
bile ē. ita tandē cęlū uolubile ē
si rotundū ē. Annecesse ē ut
priora repetā. unū t̄minū maiorē
ēē. alterū minorē. Non. Quia
sepe accidit ęquales ēē t̄minos.
ut homo risibilis ē. nā alia natu
ra risibilis non ē nisi homo. nec la
tius risibilis uadit nisi ad hominē
solū. Quomodo discerni poss.
quę sint ęquales aut inęquales.
Quod ęquales aequalit̄ circūuerti
poss̄ hoc modo. Quicq̄d homo ē
risibile ē. ꝗ quicq̄d risibile ē homo ē.
Nec sic inaequales circūuerti poss. vt
quicq̄d homo sit iustū sit. Et quic
quid iustū sit homo sit. Quom̄
quęlibet res his argum̄tis c̄firmari

pot ē aut destrui. Hoc modo
si omni homini recte loqui bo
minū ē. tū grāmatica bona ē.
Nulli dubiū ē quin recte loqui bonū
ē. utiq; grāmatica bona ē. quia rec
te loquiū sine grāmatica ēē non pot ē.
Item si rusticitas mala ē. utiq; grāma
ticā n̄ legere malū ē. quia omīs homo
absq; grāmatica rustic ē. Item si omīs
sapientia bona ē. utiq; philosophia
bona ē. quia philosophia bona ē. q̄
philosophia sūma sapientia ē.
Et hi s̄ syllogismi conditionales.
Qui s̄ p̄dicatiui. Qui simplicit̄
uadunt hoc modo. ut omē iustū
honestū. omē honestū bonum.
Omē igit̄ iustū bonū ēē. Item omē
iustū honestū. nullū honestū t̄pe.
nullū igit̄ iustū t̄pe. Hic enī ex

uniuersali ad firmamacione.
transit ad uniū salē negacio
nē & c̄ firmat nullum ius
tū ēē turpe. Itē quoddā ius
tū honestū; Omne ho
nestū utile. quoddā igitur
iustum utile. Hic particu
larit̄ adfirmat quoddā iustū
utile ēē. Itē quoddā iustum
honestū. nullum honestum
turpe. Qđdā igit̄ iustū non ē.
turpe. Hic quoq; particularit̄
ꝑ negationē affirmat quoddā
iustū non ēē turpe. Horū enī
syllogismorū multę s̄ species.
hę ad p̄sens sufficiant ad cognosc
endū uniuersales & particulares
c̄clusiones. in affirmando & ne
gando. Qualit̄ syllogismus

cficidebat. Ex trib. sepissime mem
bris. ita ut ex duob. primis p̄posi
tionib. t̄tia conficiat̄ conclusio.
vt si queratur castitas an utilis sit. dicam⁹.
omis uirt⁹ utilis ē. castitas aū
uirt⁹ ē. castitas igit̄ utilis ē. Ex uti
litate igit̄ & uirtute qd̄dā t̄tiū
colligit̄. & necessario c̄cludit̄. ut
castitas utilis sit.

Cap. XIII

Modo enī uelī. ut diffinitionū
modos & diuisiones enucleas m̄. & p̄mū
dicito qd sit diffinitio. Diffinitio
ē oratio breuis & lucida ei⁹ rei de q̄
querit̄. naturā ab aliis reb. diuisā
p̄pa significatione c̄cludens. Quom⁹
hec incipere debet finiri. Primū
enī hanc p̄ inm̄ sum tendi oportet
incipientē a genere. dehinc paulatī
minuendo & abscidendo sup̄flua

ad formandos uult & membra ꝑueniunt.
Sic diffinitio a genere incipiens. de
pulsa paulatim generalitate uerborum.
ad ꝓpriu demonstrandę rei cubile
tendit accedere. Da exemplum.
Homo est substantia animata ratio
nalis. mortalis. risus. capax. A lati
tudine substantię. primo hęc incipit
diffinitio. quia quicqd naturarum est
substantia dici potest. Deinde dicit
hominem substantiam animatam. In eo
qd dicit animatam. secernit eum ab his
quę animam id est. uitam non habent. In eo
qd dicit rationalis. segregat eum ab omnib;
rationem non habentib; In eo qd dicit
mortalis dividit eum ab angelis qui non
moriuntur. & sic ꝑuenit ad ꝓprietatem
hominis

Cap IV

Quot species sunt diffinitionum. Quindecim.

Sed alie ex his ad dialecticos ptinent.
alie ad rethores. Illas maxime
veli audire. que magis ad dialecticos
ptinent. Est enī principalis diffi
nitio. que substantiā cuiuslibet na
ture pprie demonstrat. qua maxime
philosophi utuntur. ut homo ē ani
mal rationale. mortale. sensus.
disciplineq capax. Haec enī diffi
nitio p species et differentias descen
dens uenit ad ppriū. et designauit
plenissime qd sit homo. Item ē spe
cies diffinitionis que a notitia dr̄.
et rē aliquā pactū significat n̄ p sub
stantiā. ut homo ē qd rationali cēcep
tione. et exercitatione naturali. p̄ est
animalib. cunctis. Hic enī actū hominis
significat n̄ substantiā. Itē in psalm.
Beatus uir qui in lege d̄ meditab̄ die ac

nocte

Questio. ē indubitatione ambiguitatēq; adducta ꝓpositio. Autūn° ab aug
mēto t ab auctu mando dr̄. Theoritis in. Cōtēplationū. et actu v̄ nr̄ꝝ.

Hic enim pactū sign̄ quid agat beat
uir. Itē ē species diffinitionis quę
qualitatiua dicit̄ quę qualibet
ꝑsona ꝑ qualitatē designat.
ut si queratur qualis sit homo. re
spondeat̄. homo qui ingenio ualet.
artib; pollet. int̄ bonū malūq;
discernit. Itē in psalmis ꝓphetā
ostendit qualis sit xp̄s dicendo.
Speciosus forma p̄ filius hominū.
diffusa ē gratia in labiis tuis. Itē
diffinitio ē ꝑ differentiā. ut si que
rat̄ qd̄ int̄ regē et tirannū sit.
adiecta differentia. quid ut̄q;
sit diffinit̄ hoc modo. Rex est
pius et modestus. tyrannus u° impius
et inmitis. ut in ps̄ t. Mutuat̄ pecca
tor et n̄ solue. iust° aū miser et tribꝰ.
Itē fit diffinitio quędā ꝑ ꝓpuantiā

ut si queratur quid sit substantia di
catur. Substantia est quod neque qualitas
est neque quantitas. neque aliquod acci
dens. Hoc enim genere diffinitionis.
et deus ut cumque intellegi potest. dum enim
quid sit deus nullo modo comprehendere va
leamus. id est naturam eius ut est. nullus
affari potest. sed ex eo quod non est secundum
philosophos diffiniendus est. ut si
dicamus. Deus neque corpus est neque animal
neque ullum elementum. neque sensus nostrum
neque intellectus neque alliquid quod ex
his capi possit. Item quedam diffinitio
est per indigentiam pleni in eodem
genere. ut si queratur quid sit qua
drans respondeatur cui do drans
deest. ut sit assis. Item quedam
diffinitio est quasi iuxta ra
tionem. id est cum maiores ostenditur

Distat inter sempiternitatem et aeternitatem. Sic inter perpetuum et eternum. Sempiternitas habet initium. Eternitas neutrum. Leon dicit aeternum et sapientiam aeternaliter manere scimus.

ut homo est minor mundi. & edictū
ē. lex annua. Cui enī parti
dialectice artis. hec diffiniciones
maxime iungendes. Topicis.

Cap. XV

Que sunt topica.
argumentorū sedes. fontes sensuū
origines dictionū. In quot
species diuiduntur topicorum
argumentationes. Topicorū
id est localium argumentatio
triplex est quia s argumenta
aut in ipso negotio de quo agitur
aut ex rebus aliis tracta nas
cuntur aut certe extrinsecus
adsumunt. Primū expone
speciem. Tribus modis ab ipso
negotio secundū dialecticos
sumuntur argumenta a toto. a par
tibus. a fine. Exemplis con

firma Totū duob⁹ modis dici
solet aut a genere ut si queratur
an iustitia utilis sit fiat huius
modi syllogismus Omnis uirt⁹
utilis est iustitia aūt uirtus ē.
ergo iustitia utilis ē Hic aū a toto.
id ē a genere. uirtute scilicet quę
gen⁹ ē. conpbatus iustitiā
utilē. ēē. Itē totū est qd ex multis
partib⁹ integrū cstat. ut mundi
integritas ex multis cficitur partib⁹.
cuius quę dā pars homines s. ut si
queratur si humanę res diuina pui
dentia regantur. fiat huius modi
sillogesm⁹ Si mundi dī puidentia
regitur. homines autē pars mundi
s. humanę igitur res diuina puiden
tia reguntur. Hic necesse est in
tellegi id parti congruere qd toto

iustitię

euenit · ite a partib; argumenta
dicuntur · ut si questio sit an sit
utilis medicina dicatur · si de pelli
morbos salutem q; seruari · mederiq;
uulneribus utile est quesumus partes
medicine · utilis est igitur medicina ·
ite a fine quem quidam notam uocant
fit argumentum esse · bonum est · &
iustitia bona est · hic est enim iustitie
finis · ut qui secundum iustitiam uiuat
beatitudinem perueniat & necesse est
eam rem bona esse cuius finis bonus est ·
Illa argumenta que aliunde ad
trahuntur quot species habent
Tredecim alia a coniugatis fiunt · alia
a genere · alia a specie · alia a simili
tudine · alia a differentia · alia a con
trariis · alia a consequente · alia a repug
nantib; · alia a causis · alia ab effectis ·

alia a conparatione. Hoc quoq
exemplis lucidius aperi. Faciam.
Primū a cōiugatis dr̄ argumētum hoc
modo. cū ex cōiugatione id ē diriua
tione nominis & uerbi fit & cōiectura.
ut si scripsit scriptor. ē. si cē pascuus
ager est ius est cē pascere. cē pascuus
enī & cē pascere int̄ se iuncta sunt.
Et terrentius homo sū. humani a me
nihil alienū estimo. & cicero uerrē
dixit euerisse ꝓuintiā. A genere
argumētū est. quando a re generali
ad speciem aliquā descenditur.
ut mulierū genus auarū est. nā
erypila. auro uitā uiri uendidit.
Et idem si libidinosus & adulter.
si auarus & fur. A specie utē ꝓbare
crudelē uolum̄ quędā ab eo cru
delit̄ facta doceam̄. Itē aliud

uirgilii an non sic phrygius
penetrat lacce demonia pastor
lędeamq; helenā. Troianas uexit.
ad urbes. Nā phrygius. pastor
specius est. & sustud ille unus fecit.
& alii hoc troiani generaliter
facere possunt. Species enī semp̄
subest genere ut homo subest
animali. ac ideo genus totū dr̄
species pars ut cupiditas genus est.
omniū libidinū pars & iam quę
dā cupiditatis id est species auaritia.
A similitudine argumētū ē quando
rebꝰ aliquibꝫ similia p̄ferunt.
ut ex eo qd̄ certū circarē similē
accederit. In quoq; qd̄ dubiū ē.
& in questionē uenit c̄p̄bet. inspicit
sepe similitudo inc̄trariis. ut si his
qui inprudentes lęserunt ignosci

conuenit his qui necessario ꝓfuerunt
gratiā habere n̄ oportet. hic
contraria sunt ꝓdesse & nocere.
Similitudo aū animorū est.
qđ neq; ille uoluit ob ēē. neq;
hic ꝓdesse fit & ꝑ paria cū n̄
ex c̄trariis reb; sed ex simillimis
ꝑ naturā ꝓbabile colligim̄ argum̄tū
Nā in locis in mari. sine portu
nauib; intutus ē. sic animus qui
sine fide ē amicis n̄ potest. ēē. portu
osus. fit & in his rebus quę sub eandē
ratione cadt̄ dū ex unius rei ratione
alterius quoq; ratio c̄ꝓbat̄ ut puta
qui filiū uendidit iniquā rē fecerit
& qui emit inique fecit. Ad
differentia argumentū ē. quando
ꝑ differentiā. aliquę res seperant̄.
ut uirgilius. non diomedes. ęquos

ñ currũ cernis. ac hillis fit quoq;
differentia cũ in eodẽ genere
species ab alia specie secernitur
ut marcus tullius qualẽ in urbana
ꝓuintia fuerit uerres talẽ in ꝓuin
ciali esse. A contrariis sumitur argu
mẽtũ quando res sibimet discre
pantes opponuntur. ut uirgibus.
O genetrix. quo facta uocas aut
quid petis istis mortali. ne ma
nu facte in mortale carnefas
habeant ceterusq; incerta peri
cula lustret aeneas ouis ad be
richinciã. fertur dixisse. Et si
desertor appellandus ẽ q̃
ostẽ uitat ac fugit is certe qui
non uit neq; fugit sed ultro ap
petit desertor nullo modo dici
potest. Et si onestũ ẽ. aliqd

turpe n̄ est. Et si iure factū ē.
aliqd n̄ poterant ꝓ iniuria
uindicari. Ac c̄sequere quando
posita r̄e aliqd ineuitabiliter
c̄sequit̄. Ut uergilius n̄ nos aut
ferro libicos populare penates
uenim̄ aut raptas ad littora
uertere p̄ręclas n̄ eauis animis
& reliqua & ut simulier peperit
cū uiro c̄cubuit. Peperit igit̄
c̄sequens sit necesse est quia c̄cubuit.
Peperit igit̄ c̄sequens sit necesse ē.
quia c̄cubuit cū uiro. Ab ante
cedentib; argum̄tū est. quando
ex his quę prius gesta sunt c̄sequentia
appbant̄ ut marcitullius ꝓ milone
cū ante diem tertium. prę dixerit
clodius milonē perituru. cū ille n̄
dubitauerit aperire qd. ēē. fac

turus

uos potestis dubitare qd fecerit.
Preces sit enī predicatio & secutū
.ē. factū & reliqua. Ab adiunctis.
argumēti fides sumitur cū pbabilit
ostenditur qd sit & re quaq; uentu
rū ut uergilius nossi pellant ob
fore nil credant quin omnē.
hesperiā sua subiuga mittant. oms
enī res habet aliqd. precedens
aliquid simul aliqd subsequens.
Et ideo ex his omib; argumēta col
ligim. In adiunctis & iā. ut cicero
uoluit maxime queritur. qd anterē.
qd cūre. qd post rem. euenerit
qui locus magis ad coniecturā ptinet
anterē apparat collo quia
in re strepit pedū. p rem pallor
rubor. & si qua s̄ similia. Locus ab ante
cedentib & cōsequentib. & repugnantib.

eo differt a coniunctis siue adiunctis
qd̄ c̄iuncta n̄ sē ꝑ eueniunt consequentia
uero sē ꝑ. Caigit̄ sunt c̄sequentia
quę rē n̄ cessario c̄sequunt̄. ut si
dies est lucet. Itē antecedentia
& repugnantia. quicqd enī c̄sequet̄
quā quę rē id̄ cohęret cū rē necessario.
& quicqd antecedit id̄ trahit c̄sequentē
necessario. & quicqd̄ repugnat
eiusmodi ē ut coherere numquā possit.
A repugnantib. argum̄tū ē quando illud
qd̄ obicit̄ reo aliqua c̄ trari etate
destruit̄. ut cicero dicit; Isigit̄
n̄ modo a te periculo liberatus.
sed & etiā ā plissimo honore dicat̄
arguit̄ domui suę te int̄ficere
uoluisse. Itē si quadie cedis ista
romę facta est ego athenis fui
incede int̄ esse n̄ potui. A causis

argumentū ducit quando ex cōsue
tudine cōmuni res que tractat
fieri potuisse cōiuncti · ut terren
tius Ego nō ueritus sū dudū ab
stecauere ne faceret qd uulgus
seruorū · sollicitat dolis ut me de
luderes fit quoq hoc modo a causa
argumentū dū causā adulterii libi
dinē · ee · dicim siue parricidu
auaritiā sed ex tū latius disputandū
est de uicause id est auaritie siue
libidinis quatenus si causa turpis
uideat res quoq inhonesta ui
deat ut qui lucri faciendi causa
uenit in tēplū sacrilegus est · nō enī
res male fitiū facit sed causa fati
endi nec ex ictu sed conatu male
facta existimant · ab affectis
argumentū est cū ex his que facta

sunt aliquid approbat. ut uergilius
de generes. animos timor ostendit.
Nā timor est causa ut degener
sit animus qd timoris effectuū est
efficientia s. que uel sua uia aliquid
conficiunt. ut ignis incendiū
uel sine q̄bus effici n̄ potest ali
qua res ut naues sine trabibus
efficiencia alia sunt necessaria
alia n̄ huic loco efficienciū causa
rū iunctus locus est. Effectus & causis
idē euentus ut enī causa qd sit effectū
indicat. sic effectus que fuerit
caude monstrat. ut fumus ignē
& ideo cicero loco causarū effi
cientia posuit. euentū uero loco
effectorū ut siquidē insolentē
pbaueris clicas & iā arrogantē
futurū ita euentū. Idest effectū

insolentię arrogantiā ꝓbas
arrogantię uero causa idē.
effitientiā insolentiā. Ac
paratione argumētū clucit
quando ꝑcollationē ꝑsonarū
siue causarū sententię ratio cōfir
mat. & sēp augendę rei studet. Cōpa
ratio fit quę trib modis. a maiori.
a minori. a pari. A maiori hoc modo
ut in uirgilio. Tu potes unanimos ar
mare in ꝓelio frs. Ergo qui in frib
hoc potes. quanto magis in aliis.
Item a maiore. si adulterū occidere licet.
licet & loris cedere. A minorū cōpa
ratione. ut si furē nocturnū occidere
licet. quid latronē. Item a minore. si
exiguę peccunię causa peccare. n
dubitauit. qd cū illi maius eet ꝓpositū
lucrū certe n abstinuit. A pari ꝟ cōpara
tione. ut uergilius. Tu potes aeneam manib

subducere grauum · Nos aliqd
c̄ trarutulos iuuasse nefandū · ē ·
l tē apari siquis neget cedē a se
factū eo qd n̄ ipse ꝑcusserit dicet̄
eni hil int̄ ēē · utrū auctor quis
fuisset cedis an ipse ꝑcusserit quia
ex utroq; ineundē exitiū scelus
uenerit Sic uuangelicę similitudinis
ꝑtinent annon adiftas species
ubi dixisti a similitudine uel a con
trario · argumenta esse ducenda ·
Pertinent utiq; Quo nā modo ·
Que dā enī similitudines apari
ducunt̄ quę dā a contrario quę uero
apari his uerbis iungi possunt sicut
istud sic & illud sicut de seruo qui di
missa domino suū suffocauit con
seruū dici potest · sicut dominus
huic ser fuo fecit sic pater uester celestis

fatiet uob' & reliqua. Item de
fenatore. quia cum duob; debitorib;
donauit qd debebant ab eo plus
dilectus. e. cui plus donauit.
& de homine qui habebat duos
filios maiorem in agro sibi propinquan
tem minorem. in longinquo luxuriantem.
& innumerabilia huiusmodi.
De his enim quantum similia sunt
ducitur intellectus eius rei. cui
adhibentur insinuande. que sunt
ac contrario his uerbis. iungi possunt
sustud quanto magis & illud.
ut ille quin propter amicitiam
sed ut tedio careret iam dor
miens excitatur ut tres panes
accomodet amico suo sicut ille
molestia compulsus dedit quan
to magis. Ds qui suos seruos di
ligens hortatur ut petam dabit

bona pœnitib, se. Item uilicus ini
quitatis qui falsatis cirographis
prouidebat sibi et laudatus est a do
mino suo. Hoc argumento conclu
dendus est si laudari potuit ille
a domino qui fraudem faciebat
quanto amplius placeant domino
deo qui precepta instituta fideliter
agunt. Sic etiam de iudice ini
quitatis qui interpellabatur auidua
comparationem duxit ad iucem
dominum cui nulla ex parte iudex
iniquus conferendus est.

Cap. XV

Peri ermeniarum subtilitates
ate audire desidero. de quib.
dictum est aristotilem in mente
tinxisse calamum dum eas scriptitabat.
Subtilitas earum nimia est. sed angu
stia nostre disputationis pauca

deeis tangere habet et tantummodo
quo ille spectant aperiendū uidet.
Illius nominis intp̄tationes primū
expone. Periermenie dicuntur
quasi deintp̄tatione. Quomodo
deintp̄retatione. Omnis quippe
res que una ē et uno significari sermo
ne poterit aut p nom̄ aut p uerbum
demonstrat. Quomodo demonstrat
uel hoc t illud. Per nom̄ substantia
om̄ium rerū significat. ut homo p
uerbū actio t passio cuius libet rei
ostendit. ut homo currit. homo urit.
Que due partes orationis intp̄tant.
totū quicquid mens c̄ceperit ad loquendū.
Quid ē. c̄ceperit. Conceperit ē intel
lexerit. Om̄is enī locutio mentis ē.
intp̄res. quia qd mens intellegit. elo
cutio intp̄tat p catafalin. t apofasin.
Hec duo nomina que induxisti. latino

ore pfer. Catafasin. ē. adfirmatio.
ut homo currit. Apofasin. ē. nega
tio. ut homo n̄ currit. Quot species s̄
periermeniarū. Inseptē species
p̄dict̄ philosophus eas diuidit.
id. ē. nom̄ & uerbū. orationē & nunti
ationē. affirmationē negationē.
c̄tradictionē. Num me iterū p grā
maticā ducere disponis. Dispono.
Sed excelsiori gradu. & si int̄roges.
uidebis quantū distat dialectica sub
tilitas. a grāmatica simplicitate.
Nom̄ quid ē. Uox significatiua.
scd̄m placitū. sine tempore diffinitū.
aliquid significans innominatiuo
casu cum ē & non ē. in obliquis
casib. nil cuius nulla pars ē signifi
catiua separata. ut socrates. Lucidius
hanc philosophicā diffinitionē explana.
Nomen. ē. uox significatiua. nā omē nom̄

aliquid significat uisibile. t inuisi
bile. substantiale. t accidens.
Quomodo substantiale. t accidens.
Omnis enim natura que ē substantia
dici potest ut homo & omī igit nature
pret̄ dī solius aliquid accidit. ut
homini in corpore color. in animo
disciplina. Nūquid nondō accidit
bonitas. iustitia. & cetere uirtutes.
Non accidit ei bonitas & iustitia. sed
ipse ē bonitas & iustitia. ita & de
aliis uirtutib, sentiendū ē. Quid. ē.
scdm placitū. Id est scdm n̄positionē
singularū gentiū. nā res eadē omib,
gentib, s̄. nomina uero diuersa & scdm
placitū inponentiū c̄posita. ut auri eadē
natura ē apud grecos & latinos. dū illi hoc
krison nominent. isti aurū. Quomodo
sine tēpore. Quia nom̄ tēp' n̄ adtrahit.
sic uerba faciunt. Quid est diffinitū
aliquid significat. Omē enī nom̄

innominatiuo casu cū uerbo substan
tiali sū aliquid certū significat in ad
firmatione vel negatione. vt homo sum
homo es. ho mo est arbor n̄ sum.
n̄ es. non. ē. In obliquis uero casib.
nil certū significat nisi additis
aliis partib; ad plenā significa
tionē ut hominis istius est liber
iste t huic homini da hunc librū
t hunc hominē legere fac librū
istū ut ab hoc homine librū istū
didici. Quid est cuius nulla
pars ē significatiua separata.
Nam socrates trisillabū ē nomen.
separatis uero singulis syllabis.
nil enim p se significat nec so. nec
cra. nec tres. Num non domus
si diuidit in duas syllabas. id est
do & mus. significat tam̄ aliquid.
& talia innumerabilia. Signifi

cat enim sed nihil ad prioris nominis significationē ꝑtinet secundi nominis significatio. Nāmus animal ē ꝑse. Edo verbū aliquid actionis. sed utrorumq; significationil ad domū significandū ꝑtinet.

Qualit̄ in conpositis nominib;. vt. ē. hircoceruus qui grece tragelaphus dicit̄. num ñ ideo hircoceruus videt̄ dici quia quandā similitudinē habet cerui. quandā hirci. Forte fieri potest ut ideo dicat̄. sed si irco ceruū nomino quod animal tunc intellegis me significare uel hircū t ceruū. Nec hircū nec ceruū sed illud animal quod eo solet nomine significari. Et ideo nihil illud nom̄ separatū significat qđ ad primā naturā ꝑtineat quā primo significare incipiebat. Uerbū qđ. ē. Uox signi

ficatiua scd̄m placitū cū tempore
diffinitū. aliquid significans & ac
cidens. Intellogo enī exprioris
diffinitionis int̄p̄tatione quid. ē.
uox significatiua. & quid scd̄m placitū.
et forte quid sit cū tempore uideo. quia
uerbū sol & secū tempus adtrahere.
Sed expone quid sit diffinitū aliq̄d
significans & accidens. Nam om̄e
uerbū certā significat actionē & passi
onē. ut uideo. t uideor. & cuilib &
substantię illa actio uel passio
sol & accidere. ut puta homini vi
dere. t uideri. Si om̄a uerba
actū uel passionē significant. vnde
alia dicunt̄ neutralia. Non ideo
qd̄ unā ex his n̄ habeant
significa tionē. sed quia
uniformit̄ sep̄ p̄ferunt̄. id. ē.
t actū solū. ut manduco curro. t passi
onē ut uapulo. ueneo. sed hęc alias.

Oratio quid ē. Congrua partium ordinatio. pfectā sententiā demonstrans cuius partiū aliquid separatū significatiuum ē. Quomodo separatū significatiuum.

Plena oratio ē. uirgilius eneidas cecinit. uirgil igit. & eneidas. & cecinit. hec tria separata aliquid pse significant. uirgil hominē aeneadas gente cecinit actum.

Quid ē enuntiatio. Enuntiatio ē oratio ueri t falsi significatiua.

Quomodo ueri t falsi significatiua.

Principales s̄ species orationis sedm dialecticos quinq. sed hec sola. idest enuntiatiua uerū aliquid. uel falsū sig nificat. ut homo ē. uel homo non ē. socra tes disputat.

Horū enī unū uerū ēē necesse ē.

idest ut socratē disputare. aut socratē
n̄ disputare. & in hac sola specie philo
sophi qui de ueritate rerū uel falsitate
disputauer̄. om̄s suas posuerunt con
trouersias. Num & ille alię species
quattuor ad dialecticos non ꝑtinent.
Non ꝑtinent ad dialecticos. sed ad
grammaticos. Tamen illarū
nomina cū exemplis dicito. Est
enī quędā species orationis intr̄ogatiua.
ut. quote moeri pedes. & quo uia
ducit. in urbē. Est quoq; quędam
species orationis imperatiua. uade
age nate uoca Zephiros & labere
pennis. Est & iā quędā orationis spe
cies dep̄catiua. ut iuppiter esto
pius p̄cib. si flecteris vllis. Est & iā
quędā & species orationis uotiua.
ut huc ades o meliboe. sed nulla harū
specierū aliquid uerū t falsū signi

care potest sed sola enuntiatiua
aliquid ueritatis uel falsitatis
ostendit. Affirmatio quid est.
Affirmatio. ē enuntiatio ē alicuius
de aliquo. ut socrates ē. uel ali
cuius de aliqua re. ut caelum vo
lubile ē. Negatio quid est.
Negatio est alicuius ab aliquo. ut
socrates non est. uel alicuius de
aliqua re ut caelum uolubile n̄
est. Quid est contradictio.
Contradictio est. affirmationis
& negationis oppositio. ut so
crates disputat. socrates non
disputat.


a
Philosophia
a
Phisica
b
a
Aethica
c
a
Logica
d
d
Rethorica
d
Dialectica
b
Astronomia
b
Musica
b
Geometrica
b
Arithmetica
c
Prudentia
c
Iustitia
c
Fortitudine
c
Tepperantia

subiacens.

Prima substantia. cicero. subiectū t
Scda substantia. homo. de subiecto.
id. ē. de cinerone. Omē accidens
in subiecto. l. In oycio. Grāmatica.
Subiectū. & in subiecto. Subiectū
ad disciplinā tartē. In subiecto. l.
In animo. Ars itē disciplina.
De subiecto. & in subiecto. De sub
iecto. l. grāmatica. In subiecto. l.
In animo. Color. itē de subiecto.
& in subiecto. de subiecto. l.
de albedine. vt ni gredine.
In subiecto. l. In corpore.

Primus gradus. Homo. Scds. Animal.
Tertius. oycia. Cicero qd est species
specialissima quasi fundamentū rei est.
ex qua surgunt gradus xanteos. Xantus
xantus. personum.

Omonima homo pictus. & uerus
Sinonima. Animal qd cybū capiat

Vno nomine. ñ una intpratione.
Animal. Homo. Aequs. una intpratione ñ uno nomine.
Sin. grece. Lt. Con.

Poli. gr. lat multu. onoma nomen.

qd mortale sit quod sensu moueat.

Polionima. ensis. Mucro. gladius.

Etheronima homo mortalis terrens.

Paronima. a sapientia. Sapiens. A me

1. articulu sedm aliqd dicere

dicina medicus. Oscatatinos lecti se. 1.

katagoria sedm aliquid dr cu ex subiecto

1. Sensibilia. in dividua. 1. vni numeri.

pdicat. Esteta. athoma. enarithma.

1. singularia. 1. ad vnu qdq nom ppvm.

Catacasta. ad ciceronem oma designant.

1. in solo & in omi. 1. veru.

Ome animal risibile. Homo e. Ome

animal disciplinatu. Homo e. Omis

homo animal disciplinatu e. Ome

animal gressutu. Siue Comestibile.

Homo est. Omis homo. animal gres

sutu est. Ome animal candidum.

homo est. Omis homo. animal candi

du.

Secundae

Quarta species. opponit. prime. tertie.

Etia causalia que cause s. t partes

specificorum numerorum.

Ero. gr. lat introgo Alit Aetheron. alteru dr.

Par. gr. lat iuxta q iuxta omonima sunt. Inde. Parechia. par. iuxta. Echos. Domus

Beatę uirginis intercessio gloriosa·
custodiat nos· & aduitā ꝑducat ꝯnā·
Fide spe & caritate· introducat
nos dn̄s in regnum cęleste·
Gaudia sempiternę beatitudinis·
c̄cedat nob̄ filius dī omnipotentis·
Haustu spiritualis intellegentię·
dn̄s nos dignetur implere·
Cuncta mundi aduersantia· re
pellat a nobis gratia diuina·
Caritas quę consūmatio ē legis·
maneat in uisceribus nostris·
Sua dn̄s miseratione· dignet nos custodire·
Ab omni malitia· mundet nos
diuina gracia· ꝑ defendere·
Ab hostium furore· dignet nos dn̄s
Virtutū floribus adornet nos dn̄s·
Facta & dicta euangelica· im
plere nos faciat dn̄i gracia·

Ab inimicorū iaculis· ꝓtegat
nos rex cęlestis·
A doemonum in sectationib;
protegat nos dn̄s·
O mnia uitiorū mala morti
ficet in nos man⁹ om̄ptis·
A peccatis & hostibus· eripiat
nos dn̄s· Eripere·
C onditor humanę naturę·
ab omī malo dign&ur nos
A seruitute poenali· liberet
nos gracia xp̄i·
A duitę aeternę gaudia· per
ducat nos grā diuina·
S emine caritatis muneribꝫ
locupl&et nos om̄ps dn̄s·
D ulcedinē suę caritatis· in
fund& nob rex ęt̄nę claritatis·
V im sui amoris· accendat
in nob grā redemptoris·

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS



Teg
1432
Cod. lat.
19437